

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6567

**Autre(s) référence(s) :** Bates 254 / ARTEM 3061

**Auteur(s) :** Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Denis, Saint-Denis (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1069, 13 avril

**Lieu d'émission :** Winchester

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, donne à l'abbaye Saint-Denis l'église de Derhest dans le comté de Gloucester.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Doublet Jacques, *Histoire de l'abbaye de S. Denys en France*, Contenant les antiquitez d'icelle, les fondations, prerogatives & privileges. Ensemble les tombeaux et epitaphes des roys, reynes, enfans de France, & autres signalez personnages qui s'y treuvent jusques à present. Le tout recueilly de plusieurs histoire, Paris, Jean de Heuqueville, 1625, p. 839.
- b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 4, p. 665-666.
- c. Tardif Jules, *Archives de l'Empire*, inventaires et documents, monuments historiques, Paris, J. Claye, 1866, p. 179-180, n° 288.
- d. Bishop Terence Alan Martyn, Chaplais Pierre, *Facsimiles of English Royal Writs to A.D. 1100*, Oxford, Clarendon Press, 1957, Plate XXVIII (b), (d).
- e. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 254, p. 767-769.

### Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 26.

Texte établi d'après e

Willelmus rex Anglorum, comes Nortmannorum atque Cinomannensium, Christi fidelibus ubique gentium. Miserator et misericors Dominus, patiens et multum misericors, inter cetera suæ miserationis precepta, cum uniuersa quæ possidet homo ultra quam dici potest compendiosa sint ad comparationem beatitudinis æternæ, precipit nobis ex his quæ iure possidemus indeficientes thesauros thesaurizare, dicens : « Thesaurizate vobis thesauros in celo ubi neque erugo neque tinea exterminant ». Cuius precepti amore stimulati ego et collateralis mea Mattildis, cum prudenti consilio procerum nostrorum, pro salute animæ nostræ, liberorum omniumque nostrorum,

æcclesiam de Derhest sitam in territorio et comitatu civitatis Gloeestre sancto Dyonisio, cuius prerogativo apostolatu Galliæ populus congratulatur, cum omnibus sibi appendiciis conferimus, sicut fideli nostro Balduino, eiusdem sancti monacho, inlustris antecessor noster rex Eadwardus suis propriis usibus dedit, priusquam abbatiam Sancti Eadmundi cui nunc preest ab eodem susciperet, et sicuti nos postmodum adepti regno ipsi concessimus. Sit autem hæc cum omnibus que ad ipsam pertinere dinoscuntur libera ab omni negotio. Roboramus etiam hoc privilegio donum quod prenominatus rex eidem sancto pro nanciscenda mercede eterna contulit, videlicet Teintuna cum omnibus ad se pertinentibus, sancientes eam liberam sicut et hanc quam ipsi tribuimus, quatinus nos et soboles nostra ipsius sancti precibus sociorumque eius Rustici et Eleutherii adipisci mereamur prosperum presentis vitæ statum et eterne stationis portum. Si quis autem ex hac nostra donatione quippiam diripuerit cuiuscumque potestatis sit ex auctoritate Dei omnipotentis cum Dathan et Abyron similem sortiatur portionem, nisi respiciens satisfactionem et emendationem sancto fratribusque loci ipsius attitulis exhibuerit.

Anno dominicæ incarnationis millesimo lxxviii, regni vero Willelmi regis tertio, in secunda die Paschæ, firmatum est hoc privilegium in monasterio Sancti Swiôdun apud civitatem Wincestre dum celebraretur missa, his testibus consentientibus. Ego Willelmus rex hanc nostram donationem et corroborationem signo agye crucis munivi +. Ego Mattildis regina eiusdem regis hoc mihi placere professa sum. Ego Richardus regis filius patris et matris donum libentissime annui.

+ Ego Stigandus ecclesie Cantuariensis archiepiscopus confirmavi. + Ego Aldredus ecclesie Eboracensis archiepiscopus conso[li]davi. + Ego Willelmus episcopus Lundoniæ. + Ego Aielricus episcopus. + Ego Heremannus episcopus. + Ego Giso episcopus. + Ego Liuricus episcopus. + Ego Odo episcopus frater regis consignavi. + Ego Goisfridus episcopus Sancti Laudi. + Ego Balduinus Ebroicensis episcopus. + Ego Ernaldus Cinomannensis episcopus.

+ Ego Robertus comes, regis frater, cum benivolentia consensi. + Ego Willelmus comes Osberti filius. + Ego Rotbertus comes Augensis castri. + Ego Rodulfus comes. + Ego Brien. + Ego Fulco de Alnoo. + Ego Henricus Ferrariensis. + Ego Hugo de Monteforti. + Ego Richardus filius Gisleberti comitis. + Ego Rogerus Diuri. + Ego Haimo regis dapifer. + Ego Robertus frater huius Haimonis.

+ Signum regine. + Signum regis. + Signum filii eius Richardi.